



1159.

ORATIO  
DE MODO CON-  
SIDERATIONIS PRIMI  
PRINCIPII EX NATVRA  
& dispositione vniuersi: Quatenus vis  
delicet congruere & cum ipsa re-  
uelatione possit: VVitebergæ  
in inelyto nationis Vn-  
garicæ cœtu.

*Scripta & habita*

A

VALENTINO D. SAR-  
kozio Vng.






*VVitebergæ. Typis Zacharia Cratonis.*

Anno M. D. LXX XVIII

**MAGNIFICI ET  
SI D. MICHAELIS**

L. B. DE GYMES IN S  
Ornatissimi viri D. VA  
SARKOZII OR  
Epigramma.

 Vid sibi lata velit specie  
Errantes stabili q  
Quidq; rotata poli flammant  
Largus inexhausta mat  
Deniq; quid verum discors conc  
Iuncta catenato, et lanc  
Ore doces culto, calamoq; not at  
Pannonici catius, pars g  
Dum varias rerum formas rat  
Et Sophia, pandens, dog  
Cuncta referre mones, et eternu  
In triplici resedens nusmin  
A quo princ. pium generis velu  
Sic adidem ut finem, ne  
Maete animo, reliquas pertra  
Omnia sunt, noto, cater.



**A**ccipe Pegasidum columnen fautorq<sup>3</sup>, sororum  
 Quod tibi Sarkosij Musa dicauit opus.  
 Nam veluti gratos florens alit hortus odores,  
 Vnde premunt liquidi pabula mellis apes:  
 Hoc etiam scriptum, docta vis prima Minerva,  
 Ambrosias, anima munera, fundit opes.  
 Tempus erit tamen, hoc quando maiora sequetur,  
 Accipiesq<sup>3</sup>, animi pignora grata sui.  
 Interea titulo Martis celeberrime princeps,  
 Exemplar vera qui pietatis habes:  
 Vita tibi facili currat pede, Nestoris annos  
 Fortunâ, exuperes, prosperiore, vale.

Franciscus, N. Debrecinus.




MAGNIFICI ET GENEROSI  
SI D. MICHAELIS FORGACZ

L. B. DE GYMES IN SEQUENTEM

Ornatissimi viri D. VALENTINI

SARKOZII orationem

Epigramma.

 Vid sibi lata velit speciosi fabrica mundis  
Errantes stabili quid ratione vices;  
Quidq; rotata poli flammantia sidera motu,  
Largus inexhausta matericæ sinus:  
Deniq; quid rerum discors concordia, nexu  
Iuncta catenato, et lance librata velit.  
Ore doces cultu, calamoq; notata relinquis  
Pannonici cætus, pars generosa, VALENS;  
Dum varias rerum formas ratione peragrans,  
Et Sophia, pandens, dogmata diæ, sacra;  
Cuncta referre mones, æternum; immobile, magnû  
In triplici residens numine, numen idem.  
A quo princ. pium generis velut omnibus exit:  
Sic ad idem ut finem, cuncta cuncta fluunt.  
Maçte animo, reliquas pertracta sedulus artes,  
Omnia sunt, noto, cætera nota, Deo.

**A**ccipe Pegasidum columen fautorq<sup>3</sup>, sororum  
 Quod tibi Sarkosij Musa dicauit opus,  
 Nam veluti gratos florens alit hortus odores,  
 Vnde premunt liquidi pabula mellis apes:  
 Hoc etiam scriptum, doctæ vis prima Minerva,  
 Ambrosias, animæ munera, fundit opes.  
 Tempus erit tamen, hoc quando maiora sequetur,  
 Accipiesq<sup>3</sup> animi pignora grata sui.  
 Intereat titulus Martis celeberrime princeps,  
 Exemplar veræ qui pietatis habes:  
 Vitæ tibi facili currat pede, Nestoris annos  
 Fortunâ, exuperes, prosperiore, vale.

Franciscus, N. Debrecinus.



GENEROSO AC MA-  
GNIFICO DN. D. SIGISMUNDO  
RAKOCZI, COMITI COMITATVVM

Borsod ac Hevves &c. nec non supremo sacræ  
Cæsareæ Regiæq; Maiestatis Capitano Agri-  
ensi &c. Dn. ac Patrono suo be-  
nignissimo. S. P.



QVOD Plato in Eutyphrone, pietatem Dijs  
gratam & amicam, non fructuosam esse, di-  
xit, Generose ac Mag. D. id ad propositum me  
accommodare posse mihi videor. iudicavit si-  
quidem diuinus ille Philosophus, pluribus atq; maioribus  
nos à Deo cumulari donis, quam vt digna gratitudine ex-  
cipere, nedum referre & retribuere illi possimus: ac pro-  
inde neq; ita esse opinandum, quasi ab illo arte quadam mer-  
catoria siue donis bona sint promerenda, aut accepta eidem  
tanquam alicuius rei egeno, reponenda: quippe cum sit ipsa  
bonitas ipsaq; vbertas semper sibi sufficiens. Similiter hæc  
& inter mortales sæpè accidit, vt merita ipsa remunerati-  
one sint maiora, sæpissimè verò, vt animi gratitudo & eius  
testificatio remunerationi atq; donis longè anteponatur, max-  
ximè vbi non ab æqualibus in æquales, sed à superioribus  
in inferiores, beneficia sunt collata. Hæc enim ex ar-  
tus ratione institutoq; fuerit (vt ibidem Plato loquitur) ei  
aliquid, tanquam donum dare ac tribuere, qui nullatenus  
eo egere videatur. Quare si prius illud & ego erga Gener-  
ositas

rositatem tuam præstandum aliquomodo in animum man-  
cerem, præter rationem id quidem facere merito ab omni-  
bus iudicaretur, si autem secundum hoc declarare conabor, 3.  
utinam temeritatis saltem notâ studium hoc meum apud te  
vacet. Id enim est quod in primis reformido, & deinde ne  
propterea paruum aut nihil fauoris à Gen: tua reportasse  
inueniar. Verùm si animum tuum benè affectum, magna-  
nimitatem, pietatemq; verè Christianam, quâ bonos omnes  
complecteris, ceterasq; virtutes tuas considero, via mihi  
strata esse, & vtrò ipsæ vel inuitum me vocare videntur.  
Nam quemadmodum sic tuis te perfecisti virtutibus, vt  
singulare patriæ nostræ ad omnia virtutum facinora, lau-  
dabileq; sis exemplar, in alios quoq; ex hac plenitudine non  
nihil effundis et non nihil ad te retrahis rerum præclararum  
& imitationis honestæ. Manifesta eius rei signa atq; te-  
stimonia, si in aliquibus vlla vnquam ætate extiterunt, ma-  
ximè nunc sanè in te vno, vt non tam affici quàm palpari  
possint: adeo vt, me tacente, nemo sit, nisi cæcus, qui hæc  
luce meridiana non clariora esse videat: & non, nisi ini-  
quus, virtutumq; importunus osor, qui non vbiq; prædi-  
canda celebrandaq; putes. Propterea enim tecum non sic a-  
gitur, quemadmodum cum Persei iuxædoniæ Regis filio:  
quem è regia dignitate eo paupertatis & miseriæ redactum  
fuisse legimus, vt ad eam tolerandam, artem exercere fer-  
rariam coactus sit. Cæterum non multum absimilia sunt  
exempla Davidis & Ioseph: in quibus singularis Dei pro-  
videntiæ



videntia, benignitas atq; benedictio fuit cōspicua. Et quid hoc  
mirum, cum ab initio Deus sua dona in hominib., cuiuscunq;  
generis tandem illa fuerint, conuenientibus donis atq; prae-  
mys cumulare & adornare solutus sit? An non enim illa  
nunc Heroica tua, super Christianam pietatem fundata,  
an non emicat & bellica virtus? Ideo non Agria solum  
tibi congratulatur, sed tota Vngaria gaudio incredibili ge-  
sti. Spartam hanc non inuidet, sed tibi in primis vni dela-  
tam esse (primum patriae defendendae, ideoq; difficilimum  
munus, primo in re militari atq; peritissimo) tum probat,  
tum felicibus eandem successibus à Deo ornari votis omnia-  
bus contendit. Nescio etiam (hoc enim Principe viro di-  
gnum, & hunc praecipuum eius officij finem esse dixerim)  
quid study, diligentiae & operae in protegenda, fouenda,  
tutandaq; Dei Ecclesia, quod quidem tuarum sit partium,  
vnquam omiseris. Hoc affirmare licet, nihil tibi potius,  
nihil prius nunc quoq; esse, religionis Euangelicae q; verita-  
tis defensione, & salutae Reipublicae Christianae. Quod vel  
hinc maxime apparere cuius palamq; esse potest, quod do-  
ctos verbi Dei ministros, singulari semper patrocinio &  
fauore sis complexus, & etiamnum ames, obserues, meri-  
tisq; non paucis benignissime cumules. Quid autem? An  
cum hoc modo reliquis omnibus satisfeceris (vt cum Cice-  
rone loquar) tibi ipsi te satisfecisse arbitratus es? Imò verò  
vbi maiorem subito in omnibus Dei benedictionem sensisti  
& animaduertisti, maiora tu quoq; praestitit aggredi, non  
turpe

4.

surpe aut te alienum esse duxisti. Itaq̄ mox de promouendis ad altiora literarum studia, & de vberimis Germania fontibus in patriam nostram deriuandis cogitas. In eam Balthasar Miskolcius, liberaliter à te sumptibus instructus, Biennium Vitebergæ laudabiliter desudat. Cui post menses aliquot, Demetrium Ezlarium, Iohannem Garaium, & me, eadem munifica tua liberalitate cumulatōs, simul aggregasti. Sed & Generosa tua coniunx eiusdem pietatis æmula, quartum nobis, Franciscum Debrechinum, eius itineris comitem, adiunxit. Hoc tandem est veterum in Ecclesia Heroum vestigijs insistere: hoc est piissimorum regum, qui ob raram erga scholas, vtpote sanctissima Ecclesie Dei seminaria, eorumq̄ alumnos & cultores pietatem & facilitatem celebres extiterunt, facta imitari. Hanc nē ergo pietatem ego reformidem? aut de ea sic cogitandum existinem, quasi, quem prius ipsa liberè complexa est, gratam eius animi testificationem, ad se non sit admissura? Quin imò quæ gratitudo bisce meritis, virtutibus laus par à nobis proficisci possit, nunc tantum censeo pensitandum. Quæ licet vix digna à quoquam gratitudine excipi posse penè dixerim & adequari: tamen hæc, vt videntur, impossibilia aliquatenus imitari, & quoddam intentionis edere symbolum, nisi brutis ipsis, quæ quandam gratitudinem atq̄ vrbanitatem aduersus benemeritos & virtute præstantes præ se ferre videntur, inferiores esse velimus, ipsa nobis ratio suadet. Hanc itaq̄ oratiunculam,

in qua

in qua modum considerandi de primo principio, post consideratam aliquomodo huius aspectabilis mundi, adeoque ipsius simpliciter vniuersi naturam, inquire & inuestigare pro facultate ingenij institui, non eo nomine existimas ui Magn. V. esse dedicandam, quasi putarim posse eidem ex aequo respondere, sed vt hoc pacto gratiam meritis reponere discerem, & ne, si quid assequi possem, in aliquo defuisse comperirer. Symbolum hoc & exercitij genus, vt arbitror, neq. ab officio nostro, neq. verò voto Generositatis T. per omnia alienum. Quapropter cuius clientelam semel non es aspernatus, humiliter & obnixè rogo, ne bonum eius propositum uerseris. Deum autem, qui creauit & nunc moderatur, sustinet atq. fouet vniuersa: Cuius digitorum notæ, nempe potentia, sapientia, & bonitas vbi que in suis operibus conspiciuntur & intelliguntur: qui que nos ad sui cognitionem spiritus sui lumine in Filio suo perduxit, ardentibus oro precibus, vt Gen. T. ad gloriam nominis sui sancti valetudine firma, vita incorrupta, mente, fide, & conscientia intemerata, vnâ cum Generosa coniuge, in salutare Ecclesiæ suæ columen, diutissimè conseruet: eandemq. contra communem Ecclesiæ suæ hostem pro patria afflictissima strenuè militantem, consilio, robore, victoria, lætisq. triumphis clementer instruat & ornet. Vale feliciter. Data Vitebergæ Calen. Augusti, Anno salutis reparatæ. 1588.

Mag. tuæ humiliter subiectus.

Valentinus Sarkozius,

# O R A T I O.

1



**R**E M non inutilem atq; indignam eos  
 praeſtitiffe putandum ) Doctiffime D. ſenior,  
 Generoſi D D. Barones, Nobiliſſimi ceteriq;  
 praeſtantiffimi auditores) ſi qui vel mundi pul-  
 chritudinem contemplando, vel rerum natu-  
 ras cauſaſq; trutinando, ad primi opificis nempe Dei cog-  
 nitionem pertinere, ac eam lucem eamq; ſapientiam, cuius  
 umbra & veſtigium in hoc theatro apparet vbiq;, inueſti-  
 gare & deniq; etiam ſignare pertentant. Haud facile ſi-  
 quidem quenquam inſicias iturum crediderim, eſſe aliquid  
 prodire tenus (vt ille loquitur) vbi non datur ultra: ac pro-  
 inde partem fuiſſe foelicitatis non contemnendam. atque  
 praer crassa ignorantia his tervè eligendam, ſi eum, quem  
 nudum nefas fuit; tectū ſaltem & involutū comprehende-  
 re potuerunt. Id enim & ipſa ratio, actionum bonarum  
 honeſtarumq; gubernatrix & domina, nos docere, eoque  
 deducere videtur, vt quod pulcherrimum & optimum in  
 omnibus eſt, ad id remis veliſq; (quod aiunt) ac modis o-  
 mnibus contendamus. Neq; diffitendum ſanè eſt, vete-  
 rum quorſdam, in illis quoq; umbris, hac via non ineptè  
 multa vidiffe & percepiffe. Sed neminem ex vobis quo-  
 que eſſe arbitror, qui eorundem de hiſce, & ſimilibus hiſ,  
 magna cum admiratione, magnaq; utilitate, addam & vo-  
 luptate, praecleara monumenta non quotidie legat, inſti-  
 tutumq; ſuo calculo approbet.

An non itaq; ego, in ipſa luce meridiana conſtitu-  
 tus, rem & me, & conſeſſu veſtro dignam praeritero, ſi  
 hodie atq; hac ipſa hora, animam coram vobis ad contem-  
 plandum de primo Principio iuxta diſpoſitionem vniuerſi,

B

dicen-

dicendumq; conferam. Maxime cum neq; ex quotidiana  
nis & vulgò vsitatis, neq; ex non veris fabulosisq; depro-  
pta res est, sed quæ grauiasunt, & vestris auribus digna,  
quæq; plus ad religionem pietatemq; momenti, quam pri-  
ma fronte alicui fortasse videri posset, conferunt. An-  
quenquam enim vestrum latere potest, vt quemadmodum  
qui naturali quodam sensu in rebus caducis tantummodo ani-  
mum oblectant, id quoq; , quod exiguum habere videbatur  
diuinæ pulchritudinis, non nihil amittant, , ac prope-  
modum brutescant: ita qui suspectis iisdem momentaneis  
& obscuris, sese in diuinis & sempiternis (qualis est mate-  
ria præsens) contemplando exercent, illustriores diuinio-  
resq; fore? Quare integrum sanè minime est, si quis eo  
nomine propositum nostrum impugnantum sibi esse pu-  
tet, quòd sufficiens atq; plenaria Dei cognitio ex reuelati-  
one hauriri possit, cum neq; nos aliud intendamus, quam  
vt in hunc vniuersi creatorem, quem ex sui reuelatione no-  
ticia consequuti sumus, dum in suis operibus versamur cõ-  
siderandis, grati reperiamur. Ac si dicas: Ecce qui se  
nobis patefecit, & quem nos verè cognouimus, quam lu-  
culenter se in operibus suis manifestauit, suamq; potenti-  
am & sapientiam delineauit, & veluti sigillo quodam im-  
pressit, vt nihil ferè sit reuelatum, quod non aliquomodo  
in illis etiam sit adumbratum. Efficiam autem, credite,  
vt non modò dicta hæc à me, sed & verè dicta esse cogno-  
scatis, si & vos, vt cõpistis, attentè & benignè me dicen-  
tem audieritis. Ad quòd, auditores doctissimi, non ex-  
istimo vos longa oratione esse inuitandos. cum vestra spõ-  
te auidas semper rebus magnis audiendis aures præbere  
consueueritis. Facit etiam ad hoc ne planè de vobis du-  
bitem



3  
bitem, nam & mihi de vestro in me candere, & vo-  
bis quo ad dicendum animo prodierim rectissime con-  
stat.

Propria homini religione, qua Deum amat, colit  
atque metuit, existente ( vt enim corporis, ita mentis quo-  
que ad Deum coeli regem erectio soli homini propria esse  
videtur ) ac ferme ita naturali, quemadmodum equis hin-  
nitus, canibus latratus naturalis est, non minus etiam vide-  
mus huc religioso cultui deditum, quam animalium suis quaeque  
proprietas. Sed quanto religiosa haec Dei creatura maiori  
cum impetu sibi innato ad Deum supra se rapitur colendum,  
tanto facilius & crebrius in cursu aberrat, tantoque misera-  
bilius, proh dolor, fictum aliquod pro vero numine numquam  
adorat. Quid enim? Nonne, si exemplis confirmanda res  
est, variae Gentium de mundi conditore opiniones, eo in-  
quirendo errores, colendo & adorando superstitiones tur-  
matim sese nobis offerunt? Nonne ita habetes ratione  
atque iudicio multi extiterunt, vt pro Deo inuisibili visi-  
bile, pro immortali permutabile & corruptibile, pro spiri-  
tuali solidum, & sensibile hoc vniuersi corpus, iuxta suas  
partes, Deum esse dicerent? Ex his est Anaximander,  
qui stellas & astra, Prodicus Ceus, qui elementa, additis  
Sole & Luna, ex his denique Stoici, qui mundum primum  
Deum esse putauerunt. Crassissimus autem mihi esse vi-  
detur Epicurus, Deos suos ex atomis corporeos statuens,  
licet ab hominibus secretos, figura tamen hominum: He-  
raclitus, qui ex igne, & quidam poetarum, vt & Hesi-  
odus, qui Deos immortales & incorruptibiles, ex eodem  
principio, cum alijs corruptibilibus communi effinxit: De-  
os ideo immortales esse asserens, quod necesse & manna,  
B 2 quod

quod Ambrosiā appellant. vtatur: generationi autē & corruptioni ideo reliquos manere subiectos, quod horū ciborū & poculorum participes eos fieri non contingat. Et quis non animaduertat quāso, Gentes omnes extra peculium Dei, quot millia falsorum Deorum excogitauerunt, totidem numeris & gradibus à veritate aberrasse? Nimirum inquam omnes illi, quos diximus, rationis superiorisq; gratie lumine destituti, ex non bene considerata rerum natura immedicabilem hunc morbum & errorem hauserunt, vt oculos, qui hoc externo & inani splendore decipiebantur, ad verū illud lumen conuertere non possent. Quanta verò est hæc animi cœcitas, cogitate, qua non nisi sensibus obuia, adeoq; ipsi tactui per se subiacta perspicere potuerunt? Quanta infirmitas rationis, qua Deum immortalem, ipsūq; actum purissimum, & ab omni compositione alienum, diiudicare & discernere à rebus compositis, mutabilibusq; non valuerunt? Quantus deniq; sensuum defectus, quod pulchritudine corporum cœlestium, quæ pulchritudinis diuinæ vmbra quædam, & haud satis expressiua imago est, illecti & demacti, in ea conuiescerent tanquam optima, neq; vltra hanc ad altioremem veræ pulchritudinis contemplationem ascendendum putauerunt.

Necq; tamen præter brutum genus hoc hominum defuerunt veterum plurimi, qui honorificentibus de illo mundi principe sensisse videntur, & quibus ipsorū in rationibus atq; vijs, quarum ductum & nos in proposito sequemur, partim à visibilibus simpliciter ad inuisibile, partim ductu rationis à corporibus ad Spiritus, hincque simul ordinum collatione, ad summum illud principium subobscurus quodammodo patuit accessus & introitus. Sed heu debilem hanc heu nutantem & absq; omni

omni certitudine doctrinam. Etsi enim dum vniuersum  
hoc, siue mundum, siue alio aliquo nomine appellari gau-  
det, opus & facturam alicuius primi efficientis esse agno-  
uerunt, adeoq; imaginem eiusdem quandam, in qua &  
maiestas excelsa, potentia infinita, sapientia admirabi-  
lis, bonitas immensa vbicq; appareat, ratiocinati sunt, di-  
uersum illum ab hac inuisse videantur: cum tamen rursus  
ad hæc sensibilia turpiter delapsi sint, instabilem atque  
ambiguam eorum doctrinam esse palam est. Caterum  
& in hac palestra oculatiores nos ipsis sumus. Nam præ-  
terquam quod eiusdem naturalis luminis nos quoq; sumus  
participes, quo obfulgente & irradiante ratio sequitur os  
prima, & ipsa reuelatione, quæ illis nobiscum non fuit cõ-  
munitis, adiuuamur plurimum, vt videamur quodammodo  
non tam ex ijs. quæ videmus & aspiciamus aliquid discere,  
quàm perspecta iam cognitaq; illis applicare. Quid autem  
manifestius veritate prioris ostendi diciuè potest (vt rem  
iuxta prædictum inquirendi modum aggrediar, quem na-  
turalem, si libet aut rectius rationalem siue intellectualem,  
quod naturalia ratione intellectuq; superemus appellabis)  
Quid inquam certius esse potest, quàm esse aliquem potēt-  
tissimum efficientem, qui Deus appellari possit, primumq;  
omnium principium, si ipsa natura vociferante, experien-  
tia attestante verum esse profiteamur, vniuersum hoc, in  
quo & nos non solum sumus, sed & ad eius similitudinem  
sumus, esse atq; existere, cum certè hoc non per se substi-  
stat, neque ipsum se sustineat, sed dependeat aliunde. Nã  
sicut nihil vsquam videre & deprehendere possumus, quod  
non ab alio statum vniq; consistentiæ mutuetur, sane hoc  
de omnibus eadem ratione, si omnia simul intueri liceat.



verum erit. Circumspicite enim omnia, & palam erit hoc ab illo, illud à tertio, tertium rursus ab aliâ aliquâ causa in hunc vel illum statum siue ordinem cieri, parua ad maiora, illa ad maxima referri & ordinari: adeo vt ipsa rerum series atq; harmonia digito nobis Deum aliquem ostendere, & manu quasi ad eum nos deducere videatur.

Negatis enim fortasse vacuum aliquid esse in vniuerso, vel vniuersum esse in vacuo: quando infinitum nihil extra se relinquat, sed omnia impleat, quale aliquid esse minime etiam, quin censeatis, dubitauerim. Cum autem imensum hoc corpus in corpore alio consistere nequeat (vt cum Trismegisto loquar) cui rursus tertium supponere necesse sit, & quartum, & sic in infinitum, ipsum in aliquo spirituali, siue mente aliqua infinita consistere, negari haud vlla ratione potest: mente inquam, quæ tam variè mutet atque agitet vniuersa. Nam certè si corpora eorumque originem & naturam consideres, num naturali vi in se consistant, ne dum agent aliquid, nisi agentem in sese formam aliunde fortiantur? Quiduis prius de tota hæc mole, quàm hoc verificabis. Clamat enim hæc infirmitas, hæc imperfectio, aut certè signum clamoris præ se fert, si fortè opem aliquis & auxilium ipsi offerat, si quis liberet, confirmet et ab interitu vindicet. Moli namq; huic nihil minus per se inest, quàm, sicut nunc videmus, tam firmam, tam stabilem, tamque speciosam & delectabilem conspici. Quare cum tali forma vtrinq; præditam videamus. quâ non nihil collecta sit, insuper agat, moueatur, vt animal quoddam magnum à Platone quodammodo non immeritò dicatur. colligere promptum cuius est, ab aliqua forma superiori, absoluta, purissima & per se efficaci hanc vim & efficaci-

9  
7  
efficaciam illi tributam infusamque esse. Hanc verò  
formam formarum & principium principiorum Deum es-  
se dicimus, vtut mundum ipsum Heraclides Ponticus, vim  
naturalem & animale[m] Speusippus, animam denique  
mundi quidam, vt & Democritus. siue ausu temerario, si-  
ue obstinata ignorantia Deum esse præsumant. Tam  
crasè enim tamq[ue] humiliter de tanta excellentia loqui, quis  
non indignum, imò scelus esset putabit? Longè meliùs  
aut Lysis & Philolaus. ac propè veritatem fundamenta suæ  
sententiæ iecisse videntur, qui in Pythagoricum inciden-  
tes loquendi modum, numerum in effabilem, aut maximi  
intimique numeri summitatem Deum esse professi sunt.

Neque exigua vis persuasionis hîc mihi sita esse vi-  
detur, quòd cum omnis actus præsupponat potentiam, &  
nihil sit actu eorum quæ in natura sunt, quod non priùs  
in potentia fuerit, potentia autem non ab actu, tanquam  
sui ipsius sine & extremo, sed ab alia priori superioriq[ue] cau-  
sa dependeat. necesse sit omnino actuum & potentiarum  
aliquam efficacissimam ponere causam. Hanc alicubi  
Aristoteles actum primum appellat, quem etiam potentia  
productorum ideo priorem esse contendit, quia nisi ita  
sit, impossibile planè fuisse quicquam produci. Haud  
ergo verebimur paulatim eò promoueri, vt dicamus au-  
daciùs, Deum, vltra quem non datur vlli sumere causam  
consistentiæ, & esse & veriùs esse, quàm vastum hoc & sen-  
sibile vniuersi corpus. Illud siquidem quod per se est, &  
à quo reliqua omnia sunt, veriùs & magis esse dicitur,  
quàm quòd ab alio, ac proinde secundariò est.

Vnde & ipsa veritas, & is qui est, oraculo siue proprio  
testimonio, idem quod asseueramus, restatus est, inqui-  
ens

Exod. 3. ens: EGO SVM QVI SVM. Quo nimirum effendi modo, qui soli Deo proprius est, cætera non sunt, & non entia magis quàm entia dici merentur. Quæ admodum enim accidentia in comparatione ad substantias, quòd non per sese, sed in illis consistant, non entia quodammodo dicuntur, & ideo nec definiuntur, nec vlla eorù scientia esse potest: ita quoq; omnes substantiæ & totus hic orbis in comparatione ad ipsum per se & verè subsistens, & à quo omnia vim consistentiæ mutuantur, certè non esse veriùs sui respectu & primò, quàm esse dicentur.

Quis enim hunc sensum dicti esse negabit, cum eius testimonium vel à causis inferioribus. siue naturalibus peti posse videatur? Causas namq; multis nominibus præire suis effectibus, nemo, vt opinor, dubitabit, vel si quis fortè etiam dubitet, earum naturas ignoret necesse est. Quid ergo de causa omnium causarum atq; principio dicemus, à quo & princeps ille Peripateticorum libro 12. primæ Philosophiæ, & cælum & totam naturam dependere, non minus verè quàm grauitè summæq; animi contentione asserit? Ac vt summatim dicam, idem de vniuerso iudicandum, quod de homine scriptura nobis tradit: qui, vt omnium calculo comprobatur, ad similitudinem mundi non aliter fabricatus est, quàm mundus hic sensibilis ad exemplar mundi intellectualis, vnde & parui siuertij mundi appellationem sortitus est. Proinde hominem, magnus ille operum Dei notarius, non ex se, aut vi propria exortum, siue natum genitumue, sed aliena, nempe Dei virtute creatum: neq; essentialè eius formam. vt pote animam rationalem, ex materiæ gremio eductam, sed aliunde inspiratam infusamque esse testatur. Sicut ergo hæc figura & mundi hu-

9  
ius sensibilis ( vt ita dixerim ) velut epitome , in admirabi-  
lem harmoniam & consistentiam sapientis opificis Dei ma-  
num redacta est , ad quem id sponte quoq; sua & naturali  
quodam sensu refert : existimandum sanè est , quòd &  
vniuersitas hæc , mater & imago ipsius , primogenitura au-  
tem Dei , siue prima eius factura & creatura , eandem sup-  
premam agnoscat supremæ & simplicissimæ essentiæ ex-  
primatq; sapientiam atq; virtutem. Sed an non & hinc,  
quando in comparationem hominis cum mundo incidi-  
mus , inspicere licet , nihil veritati vicinius , nihilq; magis il-  
li innatum esse , quàm quòd dicimus eum , qui talia facit ,  
nempe corpora pulcherrima & Spiritus , esse , & quidem  
longè superiorem , quàm vt in eorum ordine quærendus  
sit : Descendite enim , quæso , in vosmet ipsos & vide-  
te , animaduertite , & veluti palpate quanta sitis perfectio-  
ne & præstantia . Iuxta illud inquam Orphicum co-  
gnoscite vosmetipsos . Nam certe quemadmodum & Pla-  
to in vniuersa sua doctrina passim ostendit , si quis se ipsum  
suamq; , vt est , essentiam cognouerit , bonum quoq; supra  
se sibi consentaneum vtilius assequetur . Fallor : an iam  
præstitisse videmini : Ita sanè tanto præstantior & excel-  
lentior homo omnibus animalibus est , quanto clarior &  
splendidior Sol inter omnia sydera cæli conspicitur . Quid  
enim est boni in toto mundo , cuius homo ( animus siue  
mentem intelligo rationalem , qua parte reliqua antecellit )  
non sit particeps : Quod sapientiæ , bonitatis , potentiæ  
atq; virtutis Dei in omnibus suis creaturis testimonium &  
vestigium animaduertere cuiquam licuit aut licet , quod nõ  
in hunc vnum sit collatum : Cuius rei intelligentia eum  
fugit : Quam non assequitur artem : quid est cui non  
dominetur : & insuper rationis lumine , ab intellectu supe-  
riori ,

riori, veluti sole quodam omnia illustrante, sibi communi-  
 cato, diuinus & quodammodo Deo similis existit: vnde &  
 ad eius imaginē siue similitudinē factus esse dicitur. Verūm  
 dicite mihi & hoc, si potestis, quid adhuc & quales fieri de-  
 sideretis. Nescio .n. quid diuinum & excellens supra se na-  
 tura humana, semper præfagit, in quo tandem, tanquā vlti-  
 mo fine, conquietere malit. Hoc quidem vtrum scio fate-  
 mini, vos ad altius aspirare, ad quid autem & quanto desi-  
 derio, non arbitror vos statim mihi explicaturos. Nunc autē  
 discurremus per quasdam excellentiores mūdi partes. Quid  
 nobis terra propius est, in quam transmutari aut saltem illi  
 similis esse, numquis desiderat? Puto esse neminem. Nam  
 siue ipsa sit corpus sensibus omnibus destitutum, vt multi,  
 siue sit animal vt quidam existimant, præstantius certē nos  
 his essenon credimus. In deterius autem nunquam, in simile  
 rarō vt transmutari cupiamus, naturaliter insitum habemus.  
 Ergo velimus astra magis esse quā homines? At quis fi-  
 dem nobis faciet, diuiniora illa esse animalia, & donis supra  
 enumeratis, hominibus illustriora? Sed vt ut hoc ita sit, hæc  
 si nunc non superamus, erimus illis procul omni dubio si-  
 miles, sicut dictum est: Intelligentes autem fulgebunt si-  
 cut splendor firmamenti, & iustificantes multos tanquam  
 stellæ in seculum & in æternum. Angeli supersunt, quos  
 tum quia Spiritus sunt immateriati & liberi, tum propter  
 alia multa, superiores nobis esse (neq̄ id t̄merē) putamus.  
 Verūm nec his inferiores fore nos credimus, iuxta illud: Sed  
 erunt sicut Angeli Dei in cœlo. Et nonne etiam illis (quod  
 tamen non determinauerim) aliquomodo superiores? vt il-  
 le testatur: Non nostis quod angelos iudicabimus? Ter-  
 ra itaq̄ si non superiores (vtpote si & ipsa sit animal & vnū  
 ex astris) cum tamen certē neq̄ illa inferiores, astris verō &  
 angelis

*Dan. 12.*

*Matt. 22.*

*1. Cor. 6.*

71  
angelis futuri simus similes. tum præstantia, tum splendore  
& pulchritudine, numquid non aliquid superius & diuinius  
nobis ratio imaginabitur? Et an illud mundus hic erit aspe-  
ctabilis, vel pars eius dignior? Minimè verò vt ex prædictis  
iam colligere promptum est: nam sic & nos supremo illi si-  
miles esse mus futuri, cui tamen sensus nobis innatus apertif-  
simè re clamat. Deleas. n. & obliteres naturā facilius, quā  
hunc illi sensum eripias, quo se ipsam ab alia aliqua præstan-  
tiori causa, quantumuis diuina tandem existat, sustineri &  
foueri semper animaduertit. Sicut ergo in nobis nunquam  
ita acquiescimus, quin diuinius aliquid supra nos, ad quod  
oculi rationis sint conuertendi, cogitemus, neq; in præcipu-  
is vniuersi partibus, tanquam nobis non dignioribus hære-  
amus, ad quiddam aut ipsi excellentius animo semper attol-  
lamur. Sed quo tandem id modo? Nimirum quo à nobis  
istiusmodi inquisitionis fit initium, prout idem de nobis &  
tota vniuersitate, tanquam in hoc similibus, iudicium esse  
diximus. Deniq; illud, ad quod tendunt & referuntur omnia  
& nos, vnum est & optimum & maximum, nempe Deus,  
Vidētis nunc auditores doctiss, quemadmodum per con-  
templationem compaginis huius, ex comparatione parui  
mundi cum ipsa natam & efflorescentem, ad vnicum & ve-  
rum numen ascendere nobis liceat. Quid est ergo, cur id  
quod conueniens, quod dignum, & quod omnino, verū atq;  
necessarium est, persuadere nobis recusemus? Quanta de-  
mentia quantaq; temeritas est in contrariam ire velle sentē-  
tiā, vbi non solum rationibus ab extra petitis, sed & proprio  
testimonio, vt pote cōscia propria & natura ipsa dictante cō-  
uincamur? Nonne. n. dū atriu hoc pro obiecto sumimus,  
magna statim admiratione & stupore percellimur atq; pro-  
sternimur? Nonne dicimus: Ecquid video? Nempe opo tā  
C 2 egregio

egregium tam excellens, tamq̄ sapienter efformatum & elaboratum. Quis talis opificij dominus? quis fūdator? Quis eius fornicem vndiq̄ mirabili æquidistantia expansam, insuper multis ornamentis lucidis, veluti lampadibus quibusdam variegatam & depictam, hac recta & ordinaria, extraq̄ suos limites minimè exorbitanti mobilitate stabiliiuit & confirmauit? Hunc certè excelsum, hunc omnipotentem, huncq̄ sapientissimum & nullum ei similem esse oportet. Iuxta illud: Quis Deus tui similis? Et iterum: Non est similis tui Jehona, magnus es, & magnum nomen tuum fortitudine. Aduertite enim motum coeli perpetuum, eundemque semper vniformem, lationem inquam hanc, tenorem suum nunquam vel à celeri in tardiolem, vel à recto solitoq̄ in obliquum & inusitatum se permutantem, & intelligetis profectò, circulum hunc siue orbem magnum, à præstantiori, quàm sit ipse, adeoq̄ immobili substantia, siue mediata siue immediata agitari, non aliter quam corp⁹ hominis ab anima, vtpote à se diuersa, moueri transferrique solet. Omnis namq̄ motus, vt docemur à Philosopho, perficitur ab aliqua vi, vel secundum naturam vel violenter, diuersa à mobili. ad quam tanquam principium & causam, siue sit motus materialis siue immaterialis, reduci semper oportet. Nunquam siquidem (eodem teste phlo. alibi) in vllis mouentibus aut motis, quocunq̄ tandem motu generaliter moueant & moueantur, processus in infinitū conceditur, sed necesse est deuenire ad vnum primum, quod sit substātia simplex, immobilis, semper actu, & consequenter perpetua causa omnis mōtus. Quomodo enim (inquit ille) imaginabimur motum continuum & perpetuum, causa semper actu & perpetua non imaginata? Vniformem & eodem tenore semper permanentem, causa simplici, firma &

*Miab. 7.*

*Ierem. 10.*

*Lib. 1. de  
caelo.*

*Metaph.*

*12.*

ma & immobili, in qua motus talis perseverantiam & firmitatem habeat, non posita: Nempe quia cernimus effectum continuum, non languescentem, non exorbitantem, causam primam ratiocinamur esse immobilem, inalterabilem, inuariabilem. Hæc autem ordine legitimo & quadam necessitate sic fieri debere, vltiori discursu ibidem colligitur. Nam cum ita comparatum sit, vt quæcunque mouendi facultate prædita sunt & mouentur, absq; infinita progressione (vt attigimus) à causis extrinsecis siue à se diuersis moueantur, siue quod recto motu agitur inspicias, in aliquem terminum extremum, in quo tandem sistat & quiescat, deferri videbis: siue quod circulariter voluitur, certum aliquem axem & certos cardines siue polos agnoscere animaduertes. Itaq; quemadmodum omnia suo modo regulariter suum agnoscunt principium, & nullus est motus, qui non ad aliquod immobile reducat: ita profectò omnia immobilia, & mobilia eorumq; motus, ab vno immobili dependeant necesse est. Haud paliter enim (vt similitudine rem declarem) hæc vniuersa, licet pro eorum varietate varias suscipere videantur conditiones, imò sæpe rationes contrarias, non inquam aliter vnum ordinem, & deinceps vnum authorem, & principium omnis subsistentiæ agnoscunt, quàm exercitus aliquis, in quo diuersi sunt ordines, vnum principem siue ducem, tota domus totaq; familia vnum patrem familias obseruat & recognoscit.

Ecce quo pacto primus statim aspectus tanti operis, authorem nobis insinuat infinite potentem & sapientem, vt subito conuincamur non hoc humanis manibus, quæ in minimis desipiunt, multo minus fortuito, sed diuina virtute esse elaboratum. Quid igitur dicemusne eum non



esse, cuius opera nos tam fortiter constringunt? Negabi-  
 musne hæc admiranda, hæc scrutanda, hæcque cogno-  
 scenda esse, vt eorum authorem scire & cognoscere possi-  
 mus? An illud impia exitiosaque rebellione, hæc turpi at-  
 que detestanda modis omnibus ingratitude carebit?  
 Quin imò vanos certè homines eos, adeoque hoc ipso no-  
 mine indignos. (vel te ipso teste) qui non omnes occasio-  
 nes ad Deum perueniendi eumque cognoscendi libenter  
 ac magna cum animi contentione arripiunt; qui ex aspe-  
 ctu pulchritudinis rerum creaturarum, earumq; vsu volupta-  
 tem & delectationem caducam, & quæ cum ipsorum vita  
 finem habitura est, nullam non capiunt, hanc autem ani-  
 mi voluptatem, quæ non caduca sed perpetua est, hanc  
 delectationem, quæ non in creaturis simpliciter, sed Dei  
 creaturis, non operibus simpliciter Dei, sed operibus ipsum  
 representantibus, monstrantibus, exprimentibus, adeo-  
 que tandem in ipso Deo est, prorsus negligunt, postha-  
 bent & contemnunt. De quibus alicubi etiam Salomon,  
 Vani, inquit, sunt omnes homines natura, in quibus inest  
 ignoratio Dei, & qui ex ijs, quæ spectantur, bonis, eum  
 qui est, non potuerunt intelligere, neque ex operibus con-  
 sideratis ipsum opificem agnouerunt. Quid enim aliud to-  
 ta ipsa reuelatio seu sacræ literæ intendunt atq; insinuant?  
 Ad quem nos aliam deducunt? Dicitur enim: Sedi-  
 cetis ad eos: Dñi qui cælum & terram non fecerunt,  
 pereant è terra. Nempe in operibus opificem ostendunt,  
 Deinde dum hanc pulchritudinem cæli contemplamur,  
 sapientiam eius deprehendimus & veneramur. Qualem  
 verò nobis scriptura Deum commendat? qui nimirum sta-  
 biliuit orbem sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos.  
 Sic enim Psalmista sapiens: Celebrate Deum Deorum,  
 qui

qui fecit coelos cum intelligentia, qui fecit mirabilia magna solus, eum qui extendit terram super aquas. Et vas illud electionis in eo omnia, & nos esse siue subsistere. vivere atque moveri palam testatur, ut nihil adeo sit tam exile, tam humile tamque abiectum, si modo sit, in quo gloria altissimi non manifestissime disquirentibus appareat. Iuxta illud: Vivo ego & replet gloria mea terram uniuersam. *Num. 14*  
 Sed ad rem rursus redeamus.

Septem gradibus consistere intellexit Plotinus scalam quam ascenditur ad principium, quorum primus est animi purgatio, secundus attentio, tertius intentio, quartus ordinis contemplatio, quintus proportionalis ex ordine collatio, sextus negatio seu separatio, septimus votum. Animum expurgandum esse omnibus impuris cogitationibus & actionibus, nemini dubium est, quandoquidem illum templum Dei esse constat, iuxta illud: An nescitis quod templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis? Idem alibi docet Apostolus, dum omnera amarulentiam & excandescentiam & iram & clamorem & maledicentiam cum omni malitia ut animo expurgarent, summo opere Ephesios horratur. Neque enim bene Deo talis adhereret animus, qui huiusmodi neuis & vitij est inquinatus atque pollutus, quemadmodum & Sapiens, quoniam, inquit, in animam malitiosam non introibit sapientia, nec habitabit ipsa in corpore peccatis obnoxio. Purgatio itaque animi istis, qui ad Deum accedere volunt, non ex Plotini solum, sed ex Pauli quoque & Salomonis sententia necessaria omnino atque prima est. Attentio loci opportunitatem cum suis circumstantijs, & spiritus tranquillitatem libertatemque ab omnibus impedimentis in se includit. Oportet. n. de reb. magnis meditantem & pacato serenoque esse animo. & locum meditati-

1. Cor. 5  
 Ephe. 4

meditationi aptū eligere. Sic Demosthenes legitur locū ad  
 contemplandum, clamoribus & strepitibus omnibus abso-  
 lutum sibi delegisse, quō nulla vox exaudiri, & vnde nihil  
 prospici planè posset, ne aliquo pacto aliud oculi mentem  
 agere præter propositum cogent. Præsentissima autem  
 & vtilissima est regula saluatoris apud Euangelistam, de  
 modo ad Deum accedendi, eundemq; precibus compel-  
 landi: Tu enim, inquit, cum oras introito in conclaue tu-  
 um, & clauso ostio ora patrem tuum qui est in occulto.  
 Tranquillitatem autem animi requirit, cum ait: Ne sitis  
 loquaces vt Ethnici, neq; ita solliciti, vt putetis vos non a-  
 liter exauditum iri, quàm si vehementi spiritu multa verba  
 offunderitis, quod gentes opinantur & faciunt. Sic ergo  
 benè purgatus animus debet etiàm esse tranquillus & risè  
 dispositus, simplex, fidelis. De quo alicubi dicitur: Sentis  
 te de Domino in bonitate, atque in simplicitate cordis eum  
 quærite; nam patefit illis, qui ei non diffidunt. Sequitur  
 intentio, vbi spiritibus omnibus veluti collectis, rem tra-  
 ctandam, nempe Deum considerandum & quærendum,  
 ac vbi fuerit inuentus, venerandum adorandumq; aggre-  
 dimur. Quis enim tam securus tam vecors tamq; immemor  
 sui ipsius esse vnquam potest, qui post audita iam ad eum  
 inuestigandum & cognoscendum, se animumque confe-  
 rendum non continuo esse putet? Age itaque nunc am-  
 pliùs experiamur, ordinemq; entium, siue eorum quæ sunt,  
 (intentio namq; siue diligens rationis actus in contempla-  
 tionem ordinis rerum fertur) quantum licet consideremus.

Duplicia realium entium genera esse, auditores do-  
 ctissimi, quemadmodum & Mercurius Trismegistus ad  
 Tatium testatur, & Plato in Phædone docet, palàm est o-  
 mnibus: vnum quidem materiale siue Physicum, alterum  
 verò

verò spirituale siue Metaphysicum: ( rerum enim Mathe-  
 maticarum ratio materiam præsentem non ingreditur ) quæ  
 ad se inuicem veluti extrema mediæq; , siue subordinatè po-  
 sita esse , non quidem more logico , sensu & intellectu de-  
 prehendantur . Quid autem corpus materiale est ? ( Nam  
 quia fors nostra ea est , vt in infimo extremo positi simus ,  
 primus modus nobis hic esto , quò à corpore , tanquam no-  
 bis viciniore & sensibus nostris exposito , intentionis no-  
 stræ initium fiat ) Quid inquam ? Nempe pars materiæ  
 formis omnibus priuata , solæq; per se quantitate constans ,  
 quæ nihilo quàm enti propius ob id etiam meritò esse dice-  
 tur . Quid ita ? Nimirum quanto longius aliquid à primo ,  
 & eo , quod verè est , recedit , tantò minus esse minusq; en-  
 titatis habere verissimum est . Quid autem superius a-  
 gente primo , & quid inferius longiusq; ab eodem est , pa-  
 tiente materiæ ? Ipsius siquidem materiæ est , nec intra se  
 agere quicquam , nec extra se in aliquid aliud : siue , quod  
 idem est , neq; immanenter operari transmutando aliquid  
 in se , neq; transitivè effundendo & transmittendo in aliud ,  
 sed esse receptaculum , obiectum & suppositum quid for-  
 marum , quas ipsa summoperè appetit , aduentantium atq;  
 agentium in ipsa , vel per quas tandem ipsa agere dicitur .  
 Nulla enim seipsam contrahendi , aut actu hoc vel illud  
 existens efficiendi potentia ipsi innata est , & ideo ens im-  
 perfectum atq; mancum est . Simpliciter autem hoc ex  
 modo siue conditione & quodammodo proprietate eius ,  
 infinitæq; potentiæ passivæ esse videtur , in infinitum ex-  
 tendi , infinitamq; individuorum pluralitatem recipere , hoc  
 est , per formam modificari , in certamq; consistentiam &  
 certas species reuocari atque reduci . En qualis eius fors est  
 & conditio : haud intelligit quicquam aut sentit , agit , item

D

aut

aut mouet. Quid igitur minus iudicandum statuendum  
 que censes, quam Deum eius naturæ esse? Sed nunc v-  
 terius iudicium differamus. Quod si autem in dubium  
 reuocet & neges hæc de ipsa verè assuerari, id quidem  
 haud difficilius nobis est ostendere & confirmare, quam  
 quæ dicta sunt, simpliciter de hac mole infirma intelligere  
 & prædicare, vbi simul intelligimus ea omnia, quæ ad a-  
 ctionis cuiusque naturalis perfectionem pertinet, in ipsa pla-  
 nè desiderari. Nonne enim in omni agente necessariò  
 requiritur, vt in se ipso sit potèssimum, deinde ad motum  
 promptissimum denique vt penetret obiectum patiens,  
 & contra agenti patiens ipsum quam proximè vnatur?  
 Quid autem vanus & ab omni ratione alienus fingi  
 excogitarique possit, quam si quis hæc illi attribuat, non  
 video. Nam cum in partes ipsa plurimas distenda-  
 tur, profectò & virtus agens in ea, si quæ sit, dissipat-  
 tur, quæ sicut vnione augetur ita dispersione minuit-  
 tur. Ad motum autem ne habilis atque promptissima exi-  
 stat, eius moles, & adiuncta huic infirmitas ipsi impedi-  
 mento est. Sed neque coniungi tertio poterunt agens & pa-  
 tiens, eò quòd locus vnus capere simul duo corpora nun-  
 quam possit. Quare cum motus omnis non, nisi in a-  
 ctione sit, sicut actio nulla est absque motu, actione illi ne-  
 gata, negabitur vtiq; motus, & contra motu negato nega-  
 bitur & actio. Intelligere denique atque sentire ad præstã-  
 tiorem substantiam, quam ipsa sit, pertinet. Quid ergo  
 iam acturi? Hærebimusne hîc an verò ulterius progredi-  
 emur? Ad spirituales nimirum substantias, vt pote præ-  
 stantiores, quæ formarum actionumque in corporibus for-  
 mæ siue causæ potèntiores sunt. Quantum enim pro-  
 cessimus

cessimus, si nunc corpora tantum, eorumque veritatem &
 pulchritudinem assequimur. Dico nos promovisse planè
 nihil. Ipsa enim corpora, etsi agere per qualitates aliquid di-
 cantur, id tamen haud simpliciter, cum qualitates nec
 per se sint & à se, neq; verò à materia ipsa, sed à causa ex-
 trinseca ( dico naturæ respectu ) & omnino præter hæca-
 lia. Proinde forma illa est anima, quæ coniuncta cum
 corporibus, iuxta suas, quæ partium essentialium respe-
 ctu intelliguntur, proprietates, qualitatibus mediantibus
 per ipsa varias exercet actiones & operationes: & quam o-
 mnes formæ tum substantiales tum accidentales in toto cor-
 pore diuisæ, tanquam fontem, originem & principium
 quoddam agnoscunt. Nonne enim anima corpore ex-
 cedente actionibus ñsdem qualitates omnes cessabunt? Ce-
 terum cum animæ, quæ corpora regunt, in magna diffe-
 rentia consistant, utpote, hæ quidem ita regant, ut cor-
 poribus coniunctæ omnino sint, ut animæ brutales: illæ
 verò regant & coniunctæ sint, sed separabiliter, ut animæ
 rationales, quæ non nihil habeant lucis & intelligentiæ, ad
 mentes superiores, locaq; ( si ita loqui fas sit ) corporibus
 inaccessa, mente, quæ sola potest, ascendimus. Quid tum
 verò? aut quorsum hoc tendit? Esse nimirum spirituale
 aliquid atq; intelligibile in natura, superius & præstantius
 corporibus hæc sive visibilibus. Neq; enim id statim esse
 negandum est, quod non manibus tangere, aut oculis cer-
 nere possumus, alioquin pars mundi maxima & præstan-
 tissima, ut sphaeræ aëris, ignis, cœliq; quia visibiles non
 sunt, nihil erunt. Sed & oculis spiritum quodammodo,
 ut solis lumen, annon videmus? quod sane corpus ideo
 vix dixeris, quia se in momento diffudat in omnia, contra
 solidi corporis naturam atque proprietatem.

Deinde neq; infusum corpora ipsa frangit & destruit, neq; verò ipsum ab vlla vnquam re inficitur, debilitatur aut comprimitur. Quod etiamsi à nobis videri perspicique non posset, (quemadmodum etiã splendorem eius vaporibus mixtum potius, quã ipsum simpliciter, videmus) maximè tamen ipsum esset atq; existeret. Noctuæ enim quòd ad lucem non vident, quis ita cum ipsis cœcutit, quin animaduertat falsum, si quis propterea concludere velit, eam non esse? Ita ergo existimandum est, si hæc sensibilia sunt, quæ tam variè mutantur, illa, nempe spiritualia, maximè esse & simplicia & immutabilia. Nam si mens nostra res magnas inquirendo terminos corporis excedit, seq; quodammodo euocat, & quanto compedes eius post se relinquit, tanto sagatior & perspicatior est, quæ causa est, quæso, cur ipsi suam negemus essentiam, quæ consistens, absq; adminiculo corporis agere suo quodã modo atq; operari possit? Et quæ causa, cur aliquas extra corpora, quibus sese animus noster nonnunquam coniungit, negemus esse essentias? Num ipse suo obiecto frustratur aut circa illud fallitur? Nequaquam. Esse igitur quædam spiritualia omnino negandum non est. Sed enim post hæc, neq; in his vnum ordinem, ad rectam & vbiq; æqualem sibi lineam collimantem imaginari fas rationiq; consentaneum est. Nam quæ quanto à corporibus tenebricosis absunt, & supra locum tempusq; in æternitate constitutæ, illis, quæ dum corpora circumferunt, loco transferuntur & ipsæ in tempore, tanto ad postulatum rationis præferuntur. Anima enim siue spiritus in corpore, quæ propter organa materialia per successionem locorum, temporum motuumq; intuetur, inquirat & perficit, ea mentes liberæ citissimè, simul atq; in momento intuentur & perficiunt.

ciunt. Hæc secundum quosdam Philosophos intelligentiæ nomine intitulantur, officio autem orbibus cœlestibus mouendis, suscepta virtute per influentiam, siue ad opus gubernationis in rebus naturalibus, destinantur. Hæcne verò scriptura repudiat? Imò verò confirmat: vnde & vates ille regius Angelos, Dei nuncios, & à Deo ignem flammantem factos esse cecinit. Hinc & spiritus administratorij, missi & ordinati propter electos & hæredes vitæ dicuntur.

Ecce pulcherrima rerum subsistentium harmonia atque series. Aspiciate, contemplantur ordines positos omnes vno simul intuitu, & diiudicate, quemnam horum reliquis præponendum, tanquam diuiniorem & excellentiorem meritò debeamus: diuersitas siquidem ipsis maxima inest. An ne quod spirituale est & simplex, ei, quod compositum & materiale, dignitate & valore præit? Ita sanè existimandum. Quicquid enim pulchritudinis in his, deinde boni vericq; vides, nihil aliud, quàm vmbra illorum quandam esse putes. Hæc quippe communis in totius mundi machina moles, in diuersis formis, quas ipsa ordine quodam antecedit, consistit, ita vt aliud esse formatam molem, aliud formas esse formantes, optimè perspiciamus. Vnde quia ipsa ab illis mente segregata, & excogitata siue in abyssum dispergi, siue in punctum colligi, perse neq; benè consistet, neq; verò aget quicquam profecto vel formæ ipsæ naturales. quæ ipsam colligunt & efficacem reddunt, multis gradibus ipsi anteeunt, tantum abest vt verum sit, spirituales substantias eadem inferiores esse. Sed quid, inquires, ex hoc intuitu nos, ordinumq; collatione haurimus? aut quorsum diligenti hac, & tan scrupulosa rerum inuestigatione? Quæris quorsum? O benè



si hæc ritè consideremus & cognouimus : Nam quicquid tandem tota delirantium turba , omnesq; poëtae , de Deo fabulentur , eos certè facile vel hinc stulticiæ arguimus , tumq; demum quàm proximi Deo sumus . Nonne enim ubi iam hæc cognita perspectaq; sunt , rejicit statim anima , negatq; materiam , utpote se iuferiorem . esse Deum . vel Deum esse materiatum , à quo omnia tum corporalia tum spiritualia creata & facta sint : Deum inquam , quem & Apostolus , cum non procul à nobis sit , palpando tamen à nobis inueniri posse negat . Si quippe esset materia , quam infimam in rerum ordine depræhendimus , vel ex hac compositus , aliquid utiq; se melius & perfectius fecisset , quod primo statim aspectu inconueniens absurdumq; est . Eundem rursus summè bonum , summè verum , adeoq; primum principium & primum efficientem esse , impossibile omninò esset . Primum , cum ià constet & tanquam verum in confesso sit , materiam nihil minùs esse , quàm summè bonū , utpote ens per se mancum & imperfectum : Secundum , cum veritas ipsius esse dependeat aliunde ; Tertium , deniq; cum principiandi vim & potentiam in se habeat planè nullam . Quæ omnia concipere de primo illo atq; dicere , an non ipsissima impietas est ? Scandite nunc itaq; super materiam , eamq; post terra relinquire : quæ omnium sententia Philosophorum , maximè verò saniorum , tenebrarum & non entis , pro lucis veriq; entis ( vt in hoc sensu eorum verbis utar ) subit rationem : & supernaturalibus utpote veris entibus mentem coniugite . Ibi lucem posthabitis tenebris , ibi lucis authorem quærite , non in singulis momentis mutabilis materiæ gremio . Illa siquidem , quæ ibi producuntur , ad patris suæ conditionem subito mutantur , formasq; innumerabiles exiguo tempore assumunt :

23

mittunt: adeo, ut eum, qui hæc sensibilia siue individua cõ-  
posita verè esse, seu ( ut ille loquitur ) primò principaliter  
& maxime substantias esse fateatur, somnare, aut etiam  
insanire meritò quis dixerit. Quæ enim verè sunt,  
perpetuò manent, eadem semper & æterna sunt, quate-  
nus idem manens & æternum æquipollent & coincidunt.  
Hæc ne autem æterna siue eadem & manentia sunt, quæ  
generationi & corruptioni subiacent: Hæc nẽ vera, quæ  
veri capacia minimè sunt: Haud quaquam certè. Intelle-  
xit hoc sapientissimus ille Hebræorum, qui cuncta, quæ  
sunt sub sole, hoc est, quæ regionem incolunt materiæ, v-  
niuersalem vanitatis notam subire contendit. Sed neq;  
Psalmistam hoc idem latuisse putandum est, qui tam humi-  
li corde tamq; ardentibus votis finem suum à Deo sibi de-  
monstrari cupit, nempe quia ( inquit ille ) vniuersa vanitas  
omnis homo stans: profectò enim in imagine ambulat vir  
profectò in vanum tumultuant, congregat & nescit quis  
colligit ea. Ad finem ergo, ad finem, nos quoque no-  
strum, auditores præstantis, properemus, vbi iam supra  
materiam sumus constituti, neq; retro ad ipsam oculos ani-  
mumq; conuertamus. Aspicite in effusum spirituale lumen  
è supernis, atque omnes animi sensus intendite, si fortè ei-  
us ardorem tolerare possitis, & ut ipsum per se ipsum in-  
telligatis & cognoscatis. Non enim credite, lumen  
sine lumine, Deus sine Deo perspici & cognosci potest:  
quemadmodum neque sensibilis iste solis splendor ab ocu-  
lis nostris percipitur, nisi ipso se illis insinuante. Cæte-  
rùm an essentiam Solis rectè nobis intueri licet: Num  
tam firma oculorum nostrorum constitutio, tanraque aci-  
es est, qua isthuc sine destructione sui penetrare possit?

Quid

Quid autem de diuino lumine & intellectuali dicemus,  
 cuius imaginem quadā tenus sol iste visibilis representat?  
 Intueri fontem & maiestatem eius recta pertentabimus?  
 Non videbit me homo, (inquit maiestas illa incomprehē-  
 sibilis) & uiuet. Sed & ipsa natura, si eam interrogemus,  
 progressum immediatum ab vno extremorum ad alterum  
 vtiq; negabit. Experientia quoq; ipsa palām testatur. Sic  
 legitur quosdam de tenebris in repentinā lucem prodeūtes  
 naturalem videndi potentiam perdidisse, tantum abest vt  
 obiecto perquisito potiti fuissent. Huius rei quandam  
 imaginem & Plato sexto de repub, depingit sub exemplo  
 hominum in spelūcis subterraneis & tenebrosissimis educato-  
 rum, ad hancq; iucundam lucis vsuram pedetentim produ-  
 ctorum. Quomodo ergo nos ipsum diuini luminis cam-  
 pum absq; medijs, mente caliganti & intellectu temerabi-  
 mus? Non frustra olim velamen in facie Moysis typicē po-  
 situm fuit, cuius splendorem populus ille perferre non po-  
 terat, multoq; minū cum altissimo loqui. Vnde hæ vo-  
 ces: Loquere tu Moses cum Deo: moriemur à conspectu  
 eius. Neq; frustra aditus sanctuarij velamine oclusus, aut  
 legis promulgatio, ceremoniarumq; institutio facta, non  
 inquam ad deceptionem, sed ad ordinatē promouendos ho-  
 minum oculos, quibus accidit læsio, si subito de tenebris  
 in lucem producantur. Volumus igitur videre lucem  
 veram, cui nullæ sint tenebræ admixtæ? Faciamus id me-  
 diantibus vmbrijs & imaginibus siue similitudinibus, per  
 quas illuc nobis promoueri fas liberumq; sit, quemadmo-  
 dum & hoc solis lumen aëre mixtum, corporumq; opacita-  
 te temperatum, non ipsum per se aut in suo fonte persenti-  
 scimus. Dico per simulacra & imagines, non humana mor-  
 taliq; manu factas, quæ mendacij & vanitatis sunt doctores  
 sed

sed per vniuersa Dei opera, in quibus, velut in speculo, eius potentia, sapientia, adeoque ipse Deus quodammodo mediocriter oculatis conspicuus est: & per quæ, tanquam gradus quosdam, ascendendo, negatiue magis quàm affirmatiue, licet atque par est nobis aliquid definire velle. Facilius enim, vt inquit Cicero, dixerimus quid non sit Deus, quàm quid omnino sit.

Sed age nunc conscendamus currum mentis atque intellectus nostri, transferamur, volitemus hæc atque illæ, velut alis Seraphinorum instructi, & nihil sanè inuenire aut imaginari poterimus extra immensum bonum, quod ipsum vniuersum intrinsecus imbuat, infinite verò extrinsecus ambit, media quidem, quàm extrema extremisque vicina, modo longe diuiniore. Quis enim neget in angelis & spiritibus maiorem esse intelligibilitatem siue pulchritudinem quàm in corporalibus ipsis? Videmus enim, seu verius intelligimus, bono & lumini à summo bono summoque lumine descendenti densissimas opponi tenebras, & consequenter ex duorum concursu ita umbras effici, vt tamen illud ab his minimè comprehendatur. Atque hic in duplici obiectorum genere in ordine extremorum intelligitur terminari excursus, nempe in materia, vt multa in eius sinu sapienter producantur, & sensu atque ratione, vt eorum ministerio eadem inuestigentur & dinoscantur. Deinde idem diuinæ pulchritudinis lucisque radius quantum à fonte recessit, & quantum ab vnitatem per crescentem paulatim multitudinem in infinitam pluralitatem est protensus, tantum à veritate bonitateque exulat. Vnde etiam fit, vt non iam simpliciter lux, sed propter subiecti rationem lucis umbra appellari possit: siue quod vestigium quoddam tenebrarum in lumine siue contra vestigium luminis in tenebris

nebris, vel neutrum à luce & tenebris & ab vtrisque distin-  
ctum nobis appareat. Hic igitur & sub hac umbra illius  
us, quem desiderat anima nostra (vt cum sapiente loquar)  
sedeamus, hinc æstum intolerabilem solis illius, illustrantis  
omnia & fouentis, eitemus, hinc deniq; quando ea no-  
stra conditio est, exercitatis iam & confirmatis oculis pau-  
latim in lucem prodeamus, iucundoq; illius conspectu per-  
fruemur. Dicam hæc auditores pro mea libertate vt mi-  
hi videtur & vt possim, quandoquidem non apud indo-  
ctos hæc à me habeatur oratio. Vt itaq; circūspicere  
omnia vtiliter atq; contemplari possimus, tres conuersio-  
nis species, cum à reliquis Philosophis, tum in primis à Di-  
onysio Areopagita, Philosopho Christiano notatas atque  
enumeratas scire, sed non item & sequi necesse est. Prima  
namq; earum est, quâ quis ad deterius se suarq; perfectione  
conuertitur, quæ nihil est aliud, quàm passio animæ a las  
abijcientis, & in obliuione iam positæ tum sui ipsius tum  
verò aliorum. Est quoq; conuersio ad melius, quæ in  
animabus, & quæcunq; sub primo sunt, conspicitur. Con-  
uersio denique ad seipsum, etsi spiritibus quoque ipsis  
competit ac necessaria etiam est, soli tamen hæc suppremo  
& optimo propria esse videtur nempe Deo, qui nihil su-  
pra se melius & pulchrius, ad quod videlicet conuertatur,  
relinquit. Medijs verò spiritibus respectu inferiorum tan-  
tum modò deteriorumq; aspectum ad se ipsos reflectunt,  
sed quem in vltimo illo, in seipsis autem minimè omnium  
tandem terminant. Prima consideratio atque proxima  
nunc vestigijs & imaginis cuiusdem instar in corporalibus es-  
sto. Vbi sane non res simpliciter, vt sunt, consideran-  
dæ iam erunt, neque lux eas informans quatenus informat  
tantum, sed quatenus aliunde intelligibilitas hæc, & est,  
& ad

27  
Et ad id muneris mitti ordinarique gaudet. Hinc enim fi-  
et, vt non in deterius à perfectione nostra labamur, ad su-  
periora semper animum eleuando. Nam profectò,  
quemadmodum & scriptura agnoscit, duplex vmbra est,  
vitæ nimirum & mortis, secundùm eam rationem, qua &  
de luce & tenebris aliquid ipsam participare iam diximus.  
Sub vmbra autem mortis tum aliquem esse & operari exi-  
stimandum est, quando potentia superiores aut pror-  
sus emarcescunt & ociantur, aut inferioribus subseruiunt,  
ac animus circa vitam tantum sensumque corporalem ver-  
satur. Verbo dicam: quando animus omni lucis amore re-  
frigescit, seq̃ ab ea versus tenebras conuertit. Haud fe-  
cus enim tenebræ à morte, frigus à tenebris depēdet, quàm  
calor à lumine. Lumen à vitæ proficisci originemq̃ sumere  
dicitur. Et hoc sensu fortasse Leviathan sub vmbra quæ  
à luce inprovidos abducere solet, dormire apud Iobum in-  
telligitur, super quem & Esaias, serpentem nempe tortuo-  
sum, & auersi à Deo Diaboli typum, Iehouam visitatu-  
rum prædicit. Idem alibi, populus, inquit, qui ambu-  
labat in tenebris (puta sine Deo & intelligentia) vidit lu-  
cem magnam: habitantibus in terra vmbrae mortis, lux  
splenduit super eos. Gentes quippe cum essent absque  
intelligentia superiorum, naturalique sensu non coele-  
stia, sed terrestria, non æterna sed caduca sectarentur, at-  
que in his tantummodo animum intellectumque figentes  
excutirent, Deo & luci terga dedisse, ad tenebras conuer-  
si, & consequenter vmbrae mortis inhabitasse traduntur.  
Quemadmodum. n. sursum ab vmbra tendentibus lux ob-  
fulget: ita sanè deorsum oculos conuertentibus tenebræ  
densissimæ oboriuntur: & vt illi sub vmbra lucis, veri-  
tatis & deinceps vitæ, contra hi sub vmbra erroris, mor-

Iob. 40.

Esa. 24.1

Iob. 10.

tis deniq; esse intelliguntur. Vidit hoc ipsum Iob sanctissimus ille Dei homo, atq; perspexit, quò nimirum vtraque via tendat, & ambulantes super hanc & illam diuersas imò contrarias subire conditiones. Itaq; confortari transitumq; habere contendit dum sic acclamat: Nonne pauci sunt dies mei? Cessa ergo à me & dimitte me, confortabo cor meum paululum, antequam vadam & non reuertar ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine: terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Gen. 3.

Intellectu itaq; duce, in quo excursus, quem diximus eumq; sequente memoria, vt in statu quodam est, sicut è contra in naturalibus sensuq; externo & interno, vt in motu & alteratione consistit, sensim ab inferioribus ad superiora, ab imperfectis ad perfectiora, ab vmbreis siue simulacris ad vestigia, ab ijs ad ea quæ sunt siue essentias, ab essentijs ad vnum super substantiale, quod ipsum omnium principium est & finis, ipsumq; primum & extremum, ascendere, pertingere atq; penetrare nos quoq; cum sapiente nitamur. Hæc enim sub vmbra veri boniq; sessio, nisi ad superiora ducamur: neq; adeo fructuosa est, neq; verò diu consistens, vt pote vnde & in ipsa naturalia ipsaq; tenebras, torpore non excusso, cursuq; languide citato, præcipitari atq; immergi facile possumus. Egregie vtrumq; sapiens inuere videtur, dum præterito & absoluto vel inchoato, quàm præsentem tempore, sedi vel sedebam, prouult. Nunc iam igitur consideratis ijs, quæ ipsis percipiuntur, sensibus in cœlo mente animoq; versetur: nunc animus veritatis studiosus cogitationes rebus cognoscendis consortes edat: immutabilem quidem necessariam & stabilem, mutabilem verò ambiguam & nutantem: siue vt  
Plato

Plato in Timæo loquitur, noticia simplici, vniformi.   
lectualia omnia cognoscit, intelligentiâ & ratione entia  
diudicet, opinione verò sensuq; illa, quæ entia quidem  
non sunt, sed fiunt iugiter atq; pereunt. Nouimus enim  
in hac structura, siue potiùs in natura, quædam citò atque  
singulis ferè momentis ita esse mutabilia, vt eadem tamen  
quandam status similitudinem præ se ferre videantur: quæ-  
dam verò diuturniora, & sempiternis quàm proxima atq;  
similia. Prioris generis in superficie materiæ oriri quo-  
tidie & interire, ac veluti rorem matutinaum floresq; agri e-  
marcescere videmus: ea autem quæ subitæ huic mutationi  
obnoxia non sunt, in propinquis materiæ spiritualibus &  
coelestibus esse intelligimus. At quæ causa, dices, in illis  
tantæ mutabilitatis, & vnde rursus in iisdem quædam sta-  
tus similitudo, in animabus statio diuturnior, imò cum cœ-  
lestibus spiritualibusque essentis diutissima & perpetua?  
Nempe hæc à ratione & natura extremorum ac etiam me-  
diorum peti intelligiq; possunt. Ordinatissima enim cum  
sint omnia, fit vt quæ quanto longitius à primo absint, aut  
sita positæq; intelligantur principio, tantò minùs similitu-  
dinem illius & imaginem referant. An autem materia  
secundum vel tertium in ijs, quæ sunt, ordinem ab vno,  
vero, summoque obtinuit? Imò verò extrema atque infi-  
ma est, vt infra & extra ipsam nihil nisi frigus, nil nisi te-  
nebræ, nil denique nisi mors perpetuusq; somnus sit, vn-  
de etiam ad ipsam se conuertentes fatum subire dicuntur.  
Itaq; primum illud summumque principium vnum est; ex-  
tremum verò hoc in infinitam multitudinem protensum;  
illud stabile, firmum atq; immobile in æternum: hoc per-  
petuæ mutabilitati subiectum: Illud simplicissimum, verum  
& optimum, in hoc quædam tantum veri bonique vmbra



tis  
 pparet. Status autem ille in eis est ratione & respectu  
 solummodo generationis, quatenus dum ab vna forma  
 aliquid in aliam transit, in ea quasi consistere videtur. Ex  
 quibus manifestum est & illud, spiritus siue animas no-  
 stras, & corruptionis esse expertes, & superiori sui parte  
 intellectu nempe atque ratione plus in se recipere luminis  
 ideo, quod etsi corporibus inclusæ sint: eorum tamen  
 conditioni minimè subiaceant: quin super ipsa constitutæ.  
 spirituales essentias, tanto sese diuiniore, quanto longius  
 à materia absunt, & propius Deo adhærent, & natura &  
 dignitate proximè attingant. Ita enim existimandum  
 est (quod Platonici omnes vno ore testantur) substanti-  
 am quidem animæ non aliter ad supernos intellectus se ha-  
 bere, quàm diaphani corpus ad lumen effusum, quod dia-  
 phanitate transparentiaq; sua non nihil velut innatæ lumi-  
 nositatis admittit: verùm nunc corpore impediri, & de-  
 mum vbi eo exuta fuerit, tanquam regionem lucis inhabi-  
 tantem, ad omnia promptiorem celerioremq; fore. Ac  
 hinc etiam est, quod in ipsam sapientia veriq; cognitio, quæ  
 tunc pro sua conditione fiet perfecta, nunc secundum exi-  
 guam licet partem cadere possit: nihilominus tamen adhuc  
 cadat. Quemadmodum enim sol iste aspectabilis radios  
 suos in omnia diffundit, & quo quæque ipsi propinquiora,  
 naturaq; luminis capaciora sunt, hoc magis illa illustrat:  
 ita quoque putandum, à sole illo intelligibili, secundum  
 ordinem sapienter à se positum illuminari ac innouari om-  
 nia. De quo dicitur in libro sapientia: Quoniam  
 spiritus Domini implet & continet orbem terrarum: Et  
 alibi sub nomine sapientia: Est siquidem in illa spiritus in-  
 telligens, sanctus, simplex, subtilis. Et post pauca: o-  
 mnipotens, omnia perspiciens, atq; per omnes spiritus in-  
 telligen-

telligentes, puros, subtilissimosq; permeans. E  
templatio nostra quouſque deducta eſt. Cogitatio  
extrema non reſpectu quodam locali eſſe oppoſita, vt ce-  
lum ſe habet ad terram, ſiue vt ſuſum & deorſum oppo-  
nuntur, ſed vt ſuper ſpirituale (vt ſic dicam) ad corporale, vt  
principium ad principiatum, vt vnitas ſumma ad plurali-  
tatem, vt infinitum ad finita, vt denique æternitas immo-  
bilis ad tempus mobile in oppoſitione ſe habere ſolet. De-  
us enim non longè ab operibus ſuis ſeparatim imaginan-  
dus eſt, cum non præcul à nobis ſit, & in ipſo viuamus, mo-  
ueamur & ſimus, ſed ita ſtatuendum: Cum ſit omnia in  
omnibus, ipſum tamen non ſolum non eſſe materiatum,  
ſed & omni ſpirituum multitudine ſuperiorem, cauſam om-  
nium, fontem omnis pulchritudinis & boni, penetran-  
tem, ſuſtinentem ac fouentem omnia, ſimplicem & ab o-  
mnibus alijs naturis diſtinctum atque ſeparatum. Et  
cui hoc mirum videri poterit? Hæc nimirum eſt ipſiſſima  
veritas, cui ſani omnes Philoſophi, atque reuelatio ipſa ſi-  
ue ſcripta Prophetarum & Apoſtolorum adſtipulantur.  
Audiuimus Salomonem, Deum ſuper omnes ſpiritus colo-  
locantem, nunc & illum, (teſtem ſufficientiſſimum pro  
multis) qui è ſinu æterni patris prodiit, & ſine quo acces-  
ſus & aditus ad omnis luminis fontem patere poteſt ne-  
mini, audiamus teſtimonium de illo proferentem: De-  
us, inquit, cum ſit Spiritus, veri adoratores adorabunt  
illum in Spiritu & veritate. Dicemus ergo Deum  
oculis hiſce corporeis ſubiaceret? Negabimus illum  
eſſe Spiritum? nihilonè excellentius de tanta  
maieſtate, quàm de tota hac vniuerſitate iudicabimus?  
Quin age mentem altiùs erigamus, audiamus, ſequa-  
mur Mercurium illum Trimegiſtum, profunda Ægypti-  
orum

28 Materia pertractantem: Deus enim, (inquit il-  
lis) nimè est ens, sed causa entium: aut essentia, qualem  
mens humana assequi potest, sed causa essentiarum: ac ne-  
que ipse propriè spiritus est, sed causa spirituum: sic au-  
tem à nobis appellari, propter nostram certè imperfectio-  
nem, palpabilemque cæcitatem, ignorantiam atque imbeci-  
llitatem, relatiuè nimirum & respectu quodam, quate-  
nus hæc omnia ab eo producta sunt, quorum etiam nomi-  
na aliquo modo de ipso, veluti prima omnium causa, affir-  
mare possumus. Et vtiq; creator eodem nomine cum  
creatura simul insigniri, atque commode non potest, poti-  
ori autem ratione omnes rerum positiones de eo negari,  
tanquam cunctis excelsiori, possunt, vt Dionysius Areo-  
pagita loquitur. Quomodo enim est aliquid eorum quæ  
fecit? Quare non immeritò non solum materialibus &  
compositis ipsis, sed & innumerabili Spirituum, essentia-  
rumque spiritualium multitudine & excellentia Deum esse  
superiorem oratio nostra contendit. Illi enim, nempe  
Spiritus in corporibus, cum à materia liberi non sint & tẽ-  
pore locoq; quicquid agunt perficiant, nec omnia aut in  
omnia possint, infirmitatis ac impotentia signum vbique  
ostendunt, quibus omnibus Deum summum immunem  
liberumq; esse oportet. Harum verò nempe spirituali-  
um essentiarum, etsi augustior conditio est: non tamen &  
ipsa omnem compositionis modum effugiunt, cum aliud  
in eis ipsum esse sit, aliud essentia, aliud vis & facultas siue  
potentia agendi, aliud item actus siue ipsa actio. Vnde in  
vna quaque ipsarum plura simul esse & concurrere, ran-  
quam prius & posterius, dignius & indignius, omnibus  
manifestum est. Quis talem compositionem & diuersi-  
tatem in componente & diuersificante omnia admittat?

Quo facti & hoc, quod cum plures huiusmodi intelligi-  
tias nominamus, ad vnum non recurrere planè impoſibi-  
le ſit: pluralitas etenim, in qua imperfectio ſemper ineſt,  
non in ſeſe conſiſtit, neq; ad ſe, ſed ad ſupremam vnita-  
tem, quam nihil omnino præcedat, & quæ omnis multi-  
tudinis cauſa ſit & origo ſibi ſufficiens ſemperq; ſibi ſimilis,  
ſua omnia refert. Ac ita nec angeli ſiue mentes, vtpo-  
tè compoſitæ & multæ, primum principium erunt, neque  
illud primum optimum & maximum earūdem conditioni  
obnoxium. Sed vt paucis multa complectar, ſic poſt  
materiam aſcendimus ad formas irrationales, poſt has ad  
animam, ob munus rationis, quoquidem ipſa iudicat irra-  
tionalia, ſed ab eis non iudicatur, longè excellentiorem. Ter-  
tio ad mentes liberæ, quæ ſunt velut oculi quidam lucidiſ-  
ſimi, & quibus momento ſtabili ea, quæ nos temporali quo-  
dam diſcurſu aucupamur, nota ſunt. Quibus ita conſide-  
ratis, quid quæſo putatis eſſe intactum? aut quid adhuc  
cenſetis ad vniuerſi perfectionem requiri? Summa rerum  
veſtigia omnia ita notata eſſe exiſtimo, vt hoc perfectiſſi-  
mum ens, idemq; immenſum, non aliò aliquo quàm prin-  
cipio primæq; cauſa efficiente & ſuſtinate egere videatur.  
In hiſ; itaq; continuò (oculis nempe lucidiſſimis) Deum  
tanquam lumen in oculo lucido, & in momento ſtabili æ-  
ternitatem conſpicimus & veneramur. En primum omni-  
um principium, en finem omnium & medium, quo omnia  
modo ineffabili imbuuntur intus, & terminantur ſiue am-  
biuntur extrinſecus: & ad quod, velut ad ſonum Cytharæ  
vniuerſalis Apollinis, reuocantur, tendunt atq; ordinantur  
vniuerſa. Prorumpat nunc aliquis ſuperius animo &  
diſcurſu, ſi fas eſt, & vltra in Dei maieltatem inquiret ſi  
potest. ¶ Sed quis radius, quæ acies, quod ingenij acumen,

28  
tis in illud inaccessum intueri, nedum penetrare potest  
tentare & Apostolus exclamare maluit, quam imperuesti-  
quebilia pertentare, ô profundas, inquit, diuitias tum sa-  
pientia tum cognitionis Dei: quam inscrutabilia sunt iu-  
dicia eius, & imperuestigabiles viae eius. Quis enim nouit  
mentem Domini: aut quis et fuit à consilio: Ita sanè excla-  
mare nos quoq; ac eo magis decet: O immensam Dei in o-  
mnibus operibus suis sapientiam: & contra ô nostram in-  
firmitatem, ô insufficientiam in ijs perquirendis & cogno-  
scendis. Penes ipsum nempe tanquam summum omnium  
apicem, omnis lingua cessat atq; oratio. Sed de eo aliquis  
fortasse dubitabit, quod nunc conclusimus, vnū esse omniū  
à quo dependant, & ad quod referantur, primum princi-  
pium, & à pluralitate diuersitateq; partium vniuersi con-  
cludet plura & diuersa, totidemq; quot sunt praecipuae par-  
tes, esse & principia, nempe alium coeli, alium terrae, alium  
deniq; maris esse principem, praesidem & autorem. Quid  
audio: Hem stultam, hem frigidam & destitutam rationib.  
omnibus opinionem. Non enim hinc quaeritur, quid huic  
parti cum illa aut tertia parte sit commune, aut quomodo  
haec ab illa distet proprio & per se principio, sed eadē simul  
sumta, & sub vniuersi nomen & appellationem, velut com-  
munem aliquem titulū reuocatae, quomodo vnicum simul  
& vniuersale agnoscant principium, quomodo item vno  
primoque actu ab eodem dependant. Haec namq; omnia,  
quae vbiq; oculis animoque comprehendere licet, quamuis  
multa & diuersa, ad vnum totum & perfectum ens (quod  
vniuersum appellant) velut ad animal quoddam sua membra,  
reuocamus, in quo Deum, primum efficientem primumque  
principium esse statuimus. Quis iam non videt, haec omnia  
sub vniuersali nomine comprehensa, vnū vniuersale agno-  
scere

scere principiu. Id quod & ipsum principij nom<sup>us</sup>, vt re  
si ab initio adoriar, abūde cōfirmare videtur, ex cuius rati  
& essentia est, vnū numero nō plura esse. Nā si duo vel pl  
ra, erunt vtiq; aut vna eadēq; principia di facultate prædita,  
nec hoc plura accessione illius producer: & sic alterum fru  
stra exister: qd in natura, quæ frustra nihil omninò agit, ne  
imaginari quidem potest, tantū abest vt in naturæ princi  
pio atq; authore: aut verò etiā hoc alteri potētia & valore  
præbit: vbi quia dignius & fortius antiquat id, quod in  
firmius est, firmiter erit certè principium, infirmius princi  
piatū. Cum aut duo genera potissimū sint principiorū, (Hic  
n. exemplar cū Platonis ad efficientem & eius arbitrium  
refero) vnū actiuū quod dignius primūq; efficiens habetur,  
alterū passiuū, quod illi opponitur (ratione compositorū sic  
dictū) primæq; materiæ nomē obtinet, quæ vna est, ex quā  
cætera potuerunt & possunt semper educi, vtpote quæ om  
ne id, qd extra primum est, generaliter dicta, sit: sequitur  
& ipsum mundum sub vniuersali nomine, & illud à quo de  
pendet, sustinetur, fouetur, primum principium vnum esse.  
Siue igitur à principio suo materiali, qd vnum est, theatrum  
hoc consideres, siue à diuersitate & pluralitate principia  
rum, quæ non secus ad suum principium, quā partes cuiusli  
bet integri aut totius ad vnum ex seipsis cōstituēdum redu  
cuntur: vnum tamē ipsum semper erit, sicut cōsequēter &  
qui in eo residet princeps atq; moderator vnus est. Idē sanē  
si quis diligentius causas & effectū cōsideret, vicissim & v  
trunq; cōcludi ac euinci potest, quādo ex natura potentissi  
mæ causæ sit, ad vnum semper primū, quatenus & ipsa vnus  
efficiētis nomē obtinet, mutuusq; respectus inter hæc duo  
est, respicere effectum. Id quod vel in inferiorib. aliquomo  
do an nō inspicere licet: Si n. humanus architectus posset

28  
tis  
alien  
que  
te

ri materiae profecto postquam plura aedificia effecisset & quodlibet in se sit vnum, cuncta vno quodam tandem circumdiceret & circumvallaret, ut non iam multa, sed vnum quodammodo appellari possent. Quid autem de Deo cogitabimus, qui potest omnino cum sit materiae dominus: iuxta illud: Deus qui fecit mundum, & omnia quae in eo sunt, hic coeli & terrae cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat. Quod continet ergo omnia, & quod nihil extra se relinquit, eo ipso & quod continetur necessario vnicum est. Quid enim? Nisi ita sentiamus, diuinum opus dissipatum foret, ac proinde irreconciliabilis confusio in vniuersitate rerum orietur. Quorsum enim quaedam, si non ad vnum omnia referes? ad diuersumne aliquod aut contrarium? Si ad diuersum, quid prohibet quin plura diuersa, adeoque infinita concedas? Quo concessio, insania palam est. Quorsum enim rursus illa infinita multitudine, si ad vnum omnia referre potes? Si vero ad contrarium, quid absurdius excogitari poterat, quae so, atque etiam aequae impossibile, quam duo contraria principia in ipsa aeternitate existere? Caterum dicto procul absit impietas. Deus enim, utpote primum omnium principium, vno atque simplicissimo actu agit quicquid agit, ac denique id in quod agit, non potest esse non vnum primaria sua dependentia. Vnde si talis mundus erit vnus, sane & principium, a quo dependet, vnum: Si mundi duo vel plures, aut secundum diuersas dependentias: hic quidem secundum eum, quem diximus, simplicem Dei actum, illi secundum alium atque alium: qui in Deo ne imaginari quidem possunt, quin simul varius ipse & multiplex consideretur: quod est absurdum cum impossibili coniunctum: aut omnes secundum eundem, & sic non duo pluresue, sed vnus erit mundus.

Vnius

Vnius itaq; mundi, auditores. (qua appellatione  
liter hinc vtimur) quoquo modo consideremus, vni  
principium, non duo plurave iuxta vel secundum parti  
eius pluralitatem. Vnde Plato sæpe & Dionysius A  
pagita, ipsum vniuersi principium vnius boniq; nomi  
magis proprie, quam vilo alio, appellari posse testantur.

Eia nunc principem hunc authoremq; omnium, ad  
quem per naturalia hæc & vniuersa sua opera, discussis ne  
bulis, veluti per scalas quasdam, longa disquisitione ascen  
dimus, liberius contemplemur: Conquiescat iam in eo a  
nima nostra. iucundoq; eius conspectu, in quo utiq; vita  
consistit æterna, perfruatur. O quantum discretus sepa  
ratusq; ab omni contagione materiæ est, o quanto spiritu  
alibus essentis superior, quantoq; omni intelligibilita  
te excellentior, & quam incomprehensibilis planè existit.  
Quanta fecunditate hæc mens æterna, hæc bonitas infi  
nita, se diffundit. ac seipsam intelligendo, profert ipsius  
progeniem infinitam, Natura namq; boni cum sit seipsum  
propagare, ac summi infinitiq; boni se in infinitum diffun  
dere, ipsi Deo certè hoc conuenit, qui summum est infini  
tumq; bonum. Vnde cum extra Deum nihil esse valeat in  
finitum, necesse est infinitam hanc eius propaginem in se  
ipso prorsus expleri: æternam videlicet in æterno. Men  
tem hanc patrem appellauit Mercurius, Philosophus, Sa  
cerdos simul & rex Ægyptiorum, vnde & Trismegistus  
dictus est, patrem post illum Plato & Philolaus ip  
ceptor, patrem deniq; nunc appellant recentiore  
gi omnes. Propaginem verò mentis huius  
ismegistus idem in Pimandro & alibi, Plato  
λόγος siue ratione. n siue verbum, omniumq;  
cipium atq; conditorem esse apertè profite



rim

tis que Ieremia Plato Filium Dei invisibilem (nam & So-  
 que rit idem, sicut alibi & mundum, filium visibilem esse exi-  
 monat) eundem λόγος appellat. Quid verò est quòd Orpheo  
 potest Trismegistum, Palladem ex solo Iouis capite siue ce-  
 us pro natà cecinit? Anne verba tantum sunt diversa, sed  
 sensus idem? siquidem Philosophi sub nomine Iouis nihil  
 aliud quàm hunc patrem & hanc mentem, Palladis, verò,  
 prolem hanc, quam & scriptura sapientiam vocat, intellexe-  
 runt: Pro Pallade enim sapientiæ nomen nunc obtinuit,  
 Sed siue scientes illi hæc ita dixerint siue minùs, optimè di-  
 cta tamen & sacrae literæ comprobant. Cæterum quoniam  
 bonus ubiq; comitatur amor (vt ille ait) necessarium est  
 penes mentem bonitatemq; ipsam & eius propaginem  
 infinitam, amorem ad se inuicem vigere similiter infini-  
 tum. Hunc si veterum quidam sic appellauerunt, non a-  
 liud tamen significarunt ipsa rei veritate, quàm eundem  
 Spiritum Dei sanctum, quem & reuelatio à Patre & Filio  
 procedere testatur. Quid autem dicemus? Infinita certè  
 tria, propter infiniti naturam exactamq; capacitatem extra  
 se inuicem consistere nequeunt, neq; natura infinita duplex  
 esse potest. Oportet ergo hanc generantis genitq; inter  
 se oppositionem, spiritumq; has duas personas coniügen-  
 tem, in vna natura singulari infinitaq; existere. O genera-  
 tionem ineffabilem, quia & incomprehensibilem, o admi-  
 randa, quia nullum simile ei in natura existit. Et si enim  
 diximus, quòd generat, sibi simile pro viribus & æquale, &  
 alium: quòd speciali natura, quasi alterum se generare co-  
 mul varius ipse tamen reuera & generare se alterum solus  
 dum cum impur ingenitus. Generare enim perfectio Pater  
 gundem, & sic tum videtur, per quendam intelligentiæ  
 n quidem tantum modo persona, idem ve-  
 rò nat

ro natura prorsus, adeoque natura singu-  
Hunc itaq; Patrem, Filium & spiritum  
personas Theologi vocant recentes, natura  
dem, vnicum nempe & simplicissimum Deum, sed relati-  
ne quadam incogitabili, incomprehensibili, ineffabiliq;  
inter se differentes. O rursus generationem profundam  
ma omniumq; intelligentia superiorem: o trinitatem  
te & vnitatem in trinitate venerandam & adorandam  
tis quam scrutandam. Solus enim Deus tantum mys-  
um intelligit, nos autem in umbra quadam intelligere  
luit. Hæc profunditas, hæc fecunditas, hæc immensa po-  
tentia, auditores doctissimi, fons, origo primaq; omnium  
causa causarum est, quæ facit, producit, principiat & fo-  
uet in vniuerso omnia. Sicut enim projecto & effuso à se  
potentiæ suæ radio ad hæc vsq;, quæ videmus extrema, pro-  
ducit vbique omnia: ita eodem ad se quodammodo con-  
uerso & reflexo, sustinet atq; conseruat vniuersa. Quid, n.  
aliud hæc omnia esse putatis, quæcunq; videre & intellige-  
re nobis licet, quam eius potētia, sapientiæ atque bonitatis  
exuberantiam, ebullientesq; ac interminabiles illius exube-  
rantia riuulos? Nimirum bonitas hæc summa, sapientia im-  
mensa, potentia infinita non potuit non diffundi & com-  
municari. Nam certè si ab hoc centro & ab hoc fonte  
hausto, in omnes partes, siue sursum, siue deorsum, siue  
ad sinistram siue ad dextram oculos quis conuertat,  
debet, potenter, quod non & sapienter, nihil factum  
non & optimè, nihil denique optimè quod  
& sapienter ab eo factum sit, & e contra. In  
hæc, dum templo huic visibili inuisibilisq; in  
longanimitatis, benignitatis, misericordie  
litisque certissimum & infallibile præs-

28  
rim  
tis  
qu  
que  
te  
pot  
us  
les  
ali  
pp  
ri  
et  
qu  
neq; tamen comprehenditur, sed exce-  
dit, & comprehendit omnia. Ipsa siquidem extra  
nitatem, adeoque ipsa aeternitas existens, vni-  
uersalis simplicissimo immobilique actu siue nutu, siue intuitu  
lucet, mouet atque agit tam varie vniuersa. Neque enim  
admodum contentum in continente, aut animas in  
corpus, aut Angelos mentesque purissimas ibi ubi sunt,  
in operibus suis esse somniandum est. Quae enim  
in modo, nonne corruptibilia sunt? Quae posteriori  
tempore finita & composita? Diuiniore ergo inexistencia illa  
ut pote liberrima, absolutissima, omnia excedens, ideoque  
plane incomprehensibilis. Veruntamen quatenus asse-  
qui licet non praeter similitudinem quandam esse vide-  
tur. Sol iste visibilis nonne totum mundum illumina-  
nat? Nonne simul omnia occupat, imo iuxta suos gradus  
etiam penetrat? Minimè tamen lumen siue radius eius con-  
tinetur, comprimuntur, sed continent potius & excedunt  
omnia corpora ipsis obuia. Pertranseunt & mouent im-  
pura quaeque: ipsi tamen interim purissimi & ab omni con-  
tagione absoluti permanent. Tam est admiranda nimie  
rum natura luminis ipsius. Transit per ignem, sed per  
aërem obscurum diffundens, ad terram hanc & aquam vs-  
que pertingit. Proinde quemadmodum lumen hoc siue  
se optet, quem terra & aqua recipiunt, umbra quaedam est  
tionem in aëre, quis dubitabit hunc ad illum, qui in igne  
dardam, quem, sic iterum se habere? denique eum qui in  
diximus, quod vis non intelligit, nulli horum esse compara-  
alium: quum spiritus quidem sane modum sol quoque ille intelli-  
mul varius ipse aërem, imo centies excellentiorem, pe-  
dum cum imperat in illuminat, mouet atque viuificat vniuer-  
gundem, & sic uide se non comprimitur, sed comprimit,  
n qu non

